



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

V. An ex vi præfinitionis prædeterminatiuæ per concursum aliquem Dei,
vel per generale subtrahendi decretum possit Deus actum prauum vagè
hunc, vel illum, siue in communi præfinire.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

tim (etsi contra nostros communiter decreti indifferenter concurendi assertores teneret) hoc certamine statutam : cum scilicet concursus Dei in pravam actionem à volitione diuina positua illum adhuc disjungam, & indeterminatem prosequenter debere procedere. Siquidem, vt phisicus determinatus in se concursus phisice, positus ab omnipotentia procedat, eam arbitrio creato per Dei decretum applicari, & quoad influxum, & cooperationem subditi arbitrio creato eiusque determinationi permitti, est satis, quin ad concursus omnipotentia volitione, & tendentia positua decretum illud progrediatur : quod multis grauiusque fundamentis, neque à Deo fieri, nec Dei voluntatem decere toto fere hoc certam. 3. abunde monstrauimus. Sed neque contra reliquos nostros decreti indifferentis Doctores probat argumentum ad hanc determinate determinatam ad actionem prauam ad hanc determinate omnipotentiam concurrere : cum per ipsos eius usus arbitrio creato subdatur, & determinationi.



QVÆSTIO V.

An ex vi præfinitionis prædeterminatiue per concursum aliquem Dei, vel per generale subtrahendi decretum possit Deus actum prauum vage hunc, vel illum, siue in communi præfinire ?

AD plenam præfinitionem prædeterminatiuam ad materiale peccati intelligentiam, & hanc questionem adiungimus, subtiliores difficultates continentem illis, quas cum præfinitionibus materialis peccati determinati agentis versauimus, & decidimus; quæ tamen lucem ex illis recipiunt, ac vicissim reddunt. Examinauit eas ex instituto, solita eruditione, & profunditate Rulz noster d. 40. de volunt. per totam. Tres autem omnino difficultates questionis huius titulo continentur suo ordine examinanda. Prima, an præfinitionis aliqua de concursu generali ac debito creatura rationali iure naturæ possit Deus actionem prauam vage hanc vel illam, siue in communi præfinire : ita, vt vilius nequeat non aliquam indiuiduam actionem prauam apponere; etsi hanc determinate, & in indiuiduo præ alia apponere creatæ libertatis, & electionis sit : quia ad indiuiduam hanc determinate apponendam præuius generalis, ac prædeterminans Dei concursus, per quem apponenda hæc, vel illa vage præfinitur vi prædeterminatiua sua non extenditur : Secunda. An vi concursus, seu per concursum prædeterminatum specialem id possit Deus præstare : atque vtraque concursus prædeterminatiui vtriusque, per quem actionem prauam vage fieri Deus præfiniat possibilitatem examinat. Tertia difficultas, an per decretum non concurrendi ad actionem omni ex parte, simpliciterque, & absolute honestam, perstante tamen decreto concurrendi pro libito creatæ voluntatis ad actiones turpes, aliquā vage possit Deus præfinire ?

CERTAMEN I.

Deciditur difficultas prima.

1. **R**ulz noster (cuius negatiue decisioni subscribimus) questionem præsuppositiue saltem à pluribus scholasticis præcis tactam censet ; æstimo autem, nec præsuppositiue ab illo eorum tactam fuisse, imò neque ab scholasticis ipso anterioribus disputatam, sed aliam longe diuersam ; è cuius tamen & præsentis distinctione hic Doctor plura pro negatiua conclusione fundamenta produxit, quæ ad præsentis difficultatis decisionem negatiuam non attinent. Pro dilucida ergo

præsentis difficultatis intelligentia obferuare oportet, triplicem necessitatem peccandi vage rationalis creaturæ naturæ solum debitis relicta, considerari posse. Primam per phisicam determinationem naturæ ipsi rationali inditam intrinsece, & congenitam : quatenus natura rationalis de se, non nisi ad prauè operandum, quotiescumque operetur, à Deo condita aptaque nata sit : ita eam censebant Manichæi. Secundam determinationem ad actionem prauam vage in natura rationali considerare possumus non secundum intrinsecam solum inspecta, sed, vt debitis omnibus ipsi naturæ iure, & connaturali ipsi prouidentia, ornata, & constituta ; in quibus non solum decretum Dei concurrendi cum ipsa, sed pleraque alla continentur : ita eam Pelagiani, & Semipelagiani considerabant, dum vitium naturæ, vel fidem, & iustificationem, vel saltem eius initium, vt postremum asseruerunt, ex puris naturalibus, seu naturæ nostræ rationali debitis absque vilo gratiæ, vltra debitæ naturæ, Dei adiutorio nobis obtineri aberrarunt : contra quos, Augustinus duce reliqui Africanæ Partes in eius nationis Conciliis, & scriptis peculiaribus pro Catholica necessitate gratiæ Dei ad rectè, & meritorie operandum decertarunt.

2. Horum verbis male intellectis, & erroris alterius memorati perculsi metu in alium extreme oppositum alij incidere, cum iam explorato damnati de eo Hæretici Vviclefiste, Caluini, & eorum reliquæ, Baius, & Ianseniste, assertores : donum Dei vltra naturæ debitum ad rectè, & meritorie operandum, ex parte actus primi requisitum efficax natura sua, & conseruatum cum consensu esse debere ; quibus voce saltem tenus Dominici præfinitores (de sensu viderint alij) consentiunt, vt ostendimus d. 1. satis fuit : Carteri scholastici donum Dei, vltra naturæ debitum ex parte actus primi ad honestè, & meritorie operandum de facto Dei gratiæ adiutorium necessarium esse fatentur ; at non ita de se cum honestè, & meritorie, seu conducende ad vitam æternam opere connexum, vt cum eius omissione componi natura sua nequeat. Hæc omnia fuisse ostendimus d. 1. Carterum inter ita (citra dubium Catholice) censentes, dubium adhuc est, an quodvis opus bonum morale præcis, quod tale de se vitæ æternæ meritorium, atque ad eam conducens sit, ac proinde, ad quod Dei gratia, & adiutorium, vltra naturæ debitum, requiratur : Vsq̃uianis omnibus affirmantibus ; negantibus vero cunctis Soanistis, & absque vilo censuræ periculo vtriusque. Dubium item, & vtriusque controuersum duabus hæc scholis est : an gratiæ auxilium hoc ad rectè operandum necessarium supernaturalē, quoad substantiam, esse debeat, vt Soanistica putat : an satis sit illud supernaturale, quoadmodum esse, & vt censeat Vviclefista : Carterum vtriusque scholæ consensu necessitatem posito etiam auxilio sufficienti ad peccandum, & actionem prauam mortalem, vel venialem, siue determinatam, siue vage pro hoc instanti, vel pro diuturno, & longo tempore, consequentem esse, & quæ, siue ad breue, siue ad longum tempus ex Dei priuilegio, & misericordia specialis donandi auxilium quod habiturum effectum resistendi, Quantumvis viuidis proluxisque temptationibus perzonoratur, auferretur : quoniam vero ad longum tempus, & in tot occasionibus, demonumque malis artibus, & temptationibus valide infirmam nostram impellentibus semper resistere difficile valde est, nec pro eis omnibus, nisi rari, atque è prouidentia Dei specialissima efficax auxilium ad sit, moralis necessitas, quæ ex temptationis, & impulsus magnitudine, frequentia, & nostra fragilitate, atque infirmitate Dei prouidentia, non autem ex rarissima illa penultima, atque æstimari prudenter debet iustis omnibus (Maria Virgine excepta,) actionis prauæ venialiter vage saltem, ad longum tempus admittenda ; impii que diutius in mortalitatis iacentibus mortalem etiam aliquam denovo ad tempus longum incurrendi, moralis necessitas à Theologia merito, & communiter assertitur.

3. Carterum, etsi naturæ rationalis ius auxilium efficax ad rectè operandum, & ad tentationes vincendas non negat, quare, & in eius donatione pro quavis occasione gratia Dei, & pro omnibus, atque ad tempus longum maxima necesseario intercedat attamen vt inefficax atque non habita resistentia, aut rectæ operationis effectum cognoscatur, à Deo tribuatur non exigit, etsi eius donatione Deus naturæ rationalis debito satisfaciatur, quia intrinsece auxilium sufficienti

sufficientis entitate potentem absolute illam recte moraliter operari, & tentationibus contra morales virtutes agendi resistere in actu primo constituit, quod rationali naturæ secundum naturalia considerat, ut summum, debet non autem illam potentem in actu primo ad supernaturales, & Theologicas virtutes absolute constituere. Notata præ oculis ad præsentis difficultatis decisionem habenda; potestum hoc præsertim, ex quo in primis claret: longe aliud esse non posse naturam rationalem in puris naturalibus relictam nisi mendacium, & peccatum, ut Patres, & Concilia asserunt, quia auxilia quæ sufficientia sunt ultra naturæ debitum non sunt; aliud ea ut sufficientia deberi rationali naturæ. Illud enim solum probat eius exigentiam, & ius naturale ad auxilia efficacia non extendi: hoc autem videretur, solum inefficacia, quæ talia determinat, & positiue exigere, quare in donatione efficacis, quæ efficacis non solum supra, sed contra ius naturale, & exigentiam naturæ rationalis fieret, eiusque proinde abusus foret: quod nisi absurdissime dici nequit. Claret inde secundo: non satisesse à nostro Ruiz indicari difficultatis huius decisionem (affinitatis scilicet iure) ex necessitate gratiæ ad recte, meritorie, & conducenter ad vitam æternam operandum, resistendumque, longo præsertim tempore, tentationibus pendere: ut tantum, qui hanc docuerint possint negatim in præsentis difficultate conclusionem defendere; quasi nequeat esse gratiæ supernaturalis Dei necessitas ad prædicta, nisi in natura determinatæ exigentiæ, ad auxilium sufficiens, quæ sufficiens, quare & ad peccandum; cum absque ea naturali determinatione sola negatione naturalis exigentiæ, & iuris ad auxilium efficacis, quæ efficacis, & peccate, ex naturalibus possit, licet non debeat; gratiæque supernaturalis, quo ad modum saltem egeat, cum, ut non peccet, tum, ut honeste, adhuc intra virtutes morales, operetur.

4. Constat subinde tertio inanimiter pro hac sua æquocatione, & illegitima consequentia induci propositiones 28, 29, 30, & 61. Machaelis Baii damnatas à Pio V. bulla edita anno 1567 confirmata à Gregorio XIII. anno 1579, de impossibilitate recte operandi absolute, quare adhuc moraliter, & ad vitandum peccatum vltim viribus naturalibus arbitrii. Tum quia, ut hæc, non nisi ex Dei gratia, creatum arbitrium possit, iure naturæ ad peccandum, adhuc vage determinatum creatum arbitrium non esset: ut inde Ruiz inferri contendit: Tum, quia ex propositiones secundum se, & proprio aliquo sensu non damnantur vltimæ meretur Theologiam censuram, ut eadem bulla testatur de aliquibus ibi damnatis, in rigore tamen, & proprio verborum sensu ab assertoribus intentis, quem num. 2. notauimus, & alium, quem Baius propositione 58, 59, & 60. ex damnatis explicuit (nempe gratiæ Dei, non solum auxiliantis, sed & formaliter iustificante opus nobis esse, ut tentationem quamvis superaret, & morale bonum quodvis exercere possimus damnae sunt. Porro in illis non damnatis, ut sonant, & proprio aliquo sensu, præfatas quatuor contineri constat: quia earum pleraque, & quibus reliquæ æquivalent, & Patrum, & Conciliorum sunt, expressæ, & post satis notam Pij V. Bullam eiusque à Gregorio XIII. Confirmationem à pluribus Catholicis Doctoribus (in quibus Eruditis, Profundissimisque Theologis Valquez notat cum docta schola sua) defensorum, ut videbimus tom. 1. de Ente supernaturali? vbi, & subtilia plura iuxta eius principia de necessitate auxiliantis gratiæ discutimus; quale illud est, an potestas absoluta in actu primo ad operandum recte, intra moralem adhuc, honestatem, gratiæ auxilio, solum quoad modum eius entitatis extrinsecam, sufficienter constituitur, quod ex insumto indispudatum inuenio. Atque illud: an minimum entitatis sanctæ cogitationis, & auxilij gratiæ Dei disputari debeat, an naturæ quæ in re strenuè laboravit, genio, & ingenuitate Doctor insignis noster Casp. Hurtado tom. 2. in 1.2. quem, & à nostris, & ab æternis, etiam Senatu Regio typis approbatur superiorem cuiusdam post tanti viri obitum in Curia, & eius, penes quem vestium Collegij Complutensis, (vbi obiit ille) ignorantia magno rei Theologicæ dispendio absumptis: erant enim in tomo illo (qui vnus Doctoris huius Theologiæ defuit) sentia peculiaris non pauca.

Christoph. de Ortega, de Deo Vno, Tom. I.

Huic tamen ipsius de gratiæ auxiliantis minimo Authoris huius sententiæ tom. illius absumptio non obicit, eius quippe mentem, & ex ipso & eius Superiorum iussu censore, & approbatore Magistro meo Didaco Daza accepi, callui, & forte ex propriis auxiis illud denique. An notitia legis quatenus ad inducendam obligationem præcise conducat gratia Dei, ac subinde per Christi merita debeat haberi: quæ in difficultate erucunda versandaque memoratus nuper meus, & Magnus Magister Didacus Daza, strenuam, suoque ingenio, & eruditione dignam operam nauauit. Denique an sufficiens præcise potestas bene intra moralem honestatem operandi naturæ rationalis debita excedat. Hæc nostris Valquez doctrinam dilucidam reddent & ad præsentis difficultatis expeditionem clariorem præmittenda oportune fuisse: iam ad eius decisionem veniamus.

5. Sit vnica conclusio: implicat rationalem creaturam, ex generali concursu, eiusque decreto ad actionem prauam vage, hanc, vel illam, prædeterminatiue præstare: consensio nostro Didaco Ruiz de Montoya citata d. 40. de volunt. sect. 3. à num. 10. neque vltim ex nostris non consentire in ea conclusione teor; imò neque vltim ex antiquis pro opposita ab eodem Ruiz relatis à num. 5. ad 10. nempe Gregorium in dist. 26. quæst. 1. & 2. sine & d. 19. q. vnica art. 2. pag. vlt. qui ob originale sub mero generali concursu relinqui cum ea vitandi peccata impotentia. Maior, quæst. 28. tota quæst. 1. maxime à conclus. 2. & ad 17. argumentum §. ad formam & in 1. distinct. 1. quæst. 3. sub init. quæst. 15. med. Roffen. contr. Luther. art. 39. vers. med. §. Neutrum sane potest: ac inter med. & in fin. §. Quamquam ex disputatoribus: & circa fin. §. verbius vtrique: qui asserunt aliquot homines in actualium etiam penam, ita ad tempus cum solo generali concursu insufficienti ad vltim opus morale simpliciter bonum remanere, denique alij, qui ita à Deo sub solo concursu generali insufficienti ab bene operandum, & peccata vitanda relinqui hominem posse farentur, vti Marfil. in 1. p. 20. art. 3. ad 3. maxime propositione 4. & 5. ac sine q. & in 2. q. 17. art. 3. ad 3. rat. contr. secundum suppositum Capreol. d. 28. quæst. vnica, art. 3. post med. ad 2. contra 4. Conclus. & ad 15. & d. 29. quæst. vnica, art. 3. col. 1. fin. Deza ibi quæst. vnica art. 1. conclus. 2. & art. 3. notab. 4. ante med. & art. 4. & ad 11. controu. 2. conclus. & ad 5. contr. 3. Castro verbo gratia, hæresi 1. probat. 3. conclus. col. 4. & 5. Angel. 1. moral. cap. 13. docum. 10. Martin. Magist. tract. de peccat. tota quæst. 3. Dionys. Cylterl. in 1. d. 17. quæst. 1. art. 1. sine, & in 2. d. 24. quæst. vnica art. 2. conclus. 1. & 4. Abulens. in cap. 19. Marth. 174. aliqua interierit ut eandem peccandi necessitatem sub solo generali Dei concursu creaturæ rationalis videatur asserere, etsi ad 4. & 5. & quæst. 175. sub init. & 178. ad 3. oppositum expresse doceat: verum ut ex notatis nostris claret impossibilitas recte operandi, & vitandi peccata absque speciali Dei gratia, non inferre eam determinationem ex Dei concursu generali prouenire, etsi ipse, ut prauè operetur rationalis creatura necessario intercedat. Secundo generalem concursum non physicè influxum ex parte causæ primæ vniuersalis Dei in creatas actiones, sed prouidentiam solum naturalem debitam reliqua ad operandum requisita vltra Dei etiam concursum apparentem hi Doctores intelligunt: quare extra intentam decisionem loquuntur. Tertiò: si auxilium sufficiens, ut absolute recte operari, & tentationes vincere possimus, iure naturæ debeat, necessitas illa vage peccandi hominem physicè solum loquendo, consequens solum erit: quare nec physicæ prædeterminationis ex Dei generali concursu (de qua solum est quæstio) imò ex integra ac tota generali Dei prouidentia, De morali vero necessitate nihil hic quaritur.

6. Probatur ergo conclusio quia præstare prædeterminatiue Deum actionem prauam vage, siue hoc, vel illud peccatum absolute est velle efficaciter, ut actio praua, vel illa absolute sit, ac subinde ut absolute sit aliquod peccatum: hoc autem, ut causis secundis de necessario ex parte sui concursu prouideat necessarium non est. Ergo ex generali, & debito ex parte Dei creaturæ

rationali concursu non potest ita pugnare, nihil enim concursus ultra debitum creaturæ rationali voluntate generali concurrenti à Deo amatur, nedum præfinitur. Secundo: nec Deum decet ita velle actionem pravam præfinitur; siquidem iam actionem pravam velletisimò totum, quod in individua quavis earum actionum pravitatis est (si æque ille pravitatis, & quoad extensionem, & quoad intensiorem, & modum sint) profus Deum ea præfinitione velle: cum tantumdem, nihilque magis pravitatis in una actione, quam in alia sit. Tertio, quia, si iuxta debitum connaturale naturæ rationalis ea præfinitio prædeterminativa esset, uti concursus generalis, cuiusque præfinitio esse debet, natura illa rationalis ad pravam illam actionem vage determinata de se foret, qui error Manichæorum, & aliorum est; contra quos Patres supra certarunt. Neque enim ad actionem pravam hanc in individuo, & non aliam determinatam de se creaturam rationalem esse à Deo produci, & condi Manichæi, & asectæ somniant. Quarto ex parte efficacis præfinitionis huius, & concursus prædeterminativi, quem concernit alia eius repugnantia accedunt siue generalis, siue specialis is concursus sit: quare eas certam. 2. persequemur. Porro quæ contra hanc conclusionem opponi possent ex prænotatis pro difficultatis explanatione, & decisionis claritate evanescunt.

CERTAMEN II.

De difficultate secunda definitur.

IN iam explicata difficultate prima Recentiores aliquot prædeterminativas præfinitiones ad materiale peccati in particulari explosas hæcenus pertæsi, nihilominus ad materiale peccati vage, hoc, vel illud, in communi siue genericæ, vel imprecise, vel odij, aut furri, siue specificæ huius scilicet, vel illius actus imprecise, aut homicidij speciei omnino eiusdem posse aliquem prædeterminativæ præfinitione consentire. Eos ignominatim refert noster Ruiz d. 40. sect. 6. cum fundamentis inferius subiiciendis, & erendis: ipse verò à num. 5. duplici conclusione adversam Sententiam suam proponit, explicat, & confirmat. Nobis autem, quibus eadem Ruiz nostri sententia prorsus placet, triplici conclusione, explicatius adhuc tradenda videtur, & confirmanda; etenim speciale hoc decretum de actione prava vage potest exagitari relinquendo reliqua in respectu rationalis creaturæ, vel eam etiam immutando; ac rursus potest adhuc immutata naturali, & communi providentia quoad reliqua cogitari prædeterminativa præfinitio actionis prave huius vel illius vage, & in communi genericæ solum, vel speciei infimæ eiusdem, ut diximus quæ divisio præmittenda primæ huius difficultatis resolutioni necessario est; quia, etsi univèrsim negatua sententia, vera nobis, & tenenda sit; at quovis trium horum casu speciales habet probationes, ut parebit præter generalem rationem, quæ eos omnes casus complectitur.

1. Prima conclusio: immutata, quoad reliqua, providentia Dei communi, & naturali erga rationales creaturas implicat Deo prædeterminativæ præfinitio materialis peccati, seu actionis create prave vage huius vel illius. Probatur immutata quoad reliqua providentia communi naturali erga creaturas rationales ea præfinitio rationis create vage ponit in Deo præfinitionem materialis peccati, & actionis create prave huius determinate & in particulari: hæc ut ostendimus, & adversarij fatentur Deo repugnat. Ergo immutata de reliquo communi, & connaturali Dei, erga creaturas rationales providentia, præfinitio actionis prave siue materialis peccati vage Deo repugnat, discursus certo & inoffenso currit. Maior probatur in connaturali, & communi Dei erga creaturas rationales providentia individuatione actionis ignota est, nusquamque proinde permittit electioni creaturæ rationalis, sed puri

arbitrij divini pro suo nutu stantis, ut casu quo creatura ad actionem huius generis vel speciei arbitrio suo moveatur, hoc actionis individuum illius generis vel speciei eliciat, ac non aliud: quare huius præ illo voluntari create electio non adest, Dei providentia, quam immutatam conclusio supponit; Accessu autem præfinitionis generis, seu speciei, huius, vel illius actionis prave, etiam quoad genus, vel speciem electio voluntari create non relinquatur; sed etiam prædeterminativæ præfinitio actio prava, & materiale peccati à Deo est, atque ad illam creatura voluntas necessitata; ergo ad totum, quod individua actione prava commune, & individuale appendendum à creatura est prædeterminativa præfinitio Dei adest, duplici Dei decreto, & præfinitione compacta, nempe ex immutata Dei providentia connaturali, & communi erga rationalem creaturam, quoad individuationem, & præfinitionem prædeterminativæ, quoad communia actionis prave, seu materialis peccati appendendi: quod & æque Deo turpe, & absurdum est, æquique create voluntatis in eius appositione libertatem aboleret, ac si decreto seu præfinitione unica individuum totum, & quoad communia, & quoad individuationem actionis prave, seu materialis peccati prædeterminativæ præfinitur Deus ut de se claret. Quocirca præcipuum adversariorum fundamentum de servata create voluntatis libertate absolute circa individuum actionem pravam, & materiale peccati, ex sola individui electione ipsi per præfinitionem de actione prava vage, & in communi relicta (quod ex vi eius præfinitionis solum veritatem est) in casu conclusionis huius primæ de immutata communi, & naturali Dei erga creaturas rationales providentia nullum locum habet.

3. Sit secunda conclusio, etsi ex insuetæ, & extraordinaria providentia Deus individuationis actionum prænotam notitiam create voluntari præterget, atque inde prave huius actionis in individuo præ alia electionem eius arbitrio, & libertati permittat, nequit actionem pravam seu materiale peccati, hoc scilicet, vel illud prædeterminativæ præfinitur. Probatur: quia ea præfinitio, qua volitio est in actionem pravam tenderet, ut pravam materialiter, ac subinde interpretativæ pravam formaliter & peccatum, quod ut diximus non nisi interpretative per exprellam materialis peccati volitionem potest, adhuc à creatura amari: ergo esset turpis, & Deum dedecens præfinitio. Secundo: quia ut quærit, cet. 4. 5. quodvis decretum de operatione quavis diffusum, & vage, hæc scilicet, vel illa duplex conditionatum continet, nempe ut si una individua actio absolute non apponatur, & absit, altera apponatur: atqui implicat amari, velletque Deum, adhuc inefficaciter, & prædeterminativæ præfinitione, materiale peccati expresse, & implicite eius formale, & peccatum sub conditione vili; ergo & prædeterminativæ præfinitio actionem pravam, seu materiale peccati vage hoc vel illud. Tercio inde. Conditionata ex parte obiecti voluntas cogit purificata conditione ita volentem, ut quod sub ea conditione efficaciter voluit, efficaciter absolute velit: ergo, si altera actio prava individua, ex duabus v. g. vage prædeterminativæ à Deo præfinitis ex libertate contradictionis à create voluntate (ut fieri potest) omittatur, alteram individuum absolute efficaciter Deus, necessario prædeterminativæ præfinitio atqui hoc repugnare Deo tota hac disputatione demonstravimus, ergo, & Deum prædeterminativæ præfinitio actionem pravam, seu materiale peccati vage.

4. Quarto ex parte prædeterminativæ præfinitio, licet quem actioni prave prædeterminativæ præfinitio, licet vage, concernit. Probatur conclusio, quia, etsi vili vage, concernit. Probatur conclusio, quia, etsi vili præfinitio non prædeterminet hanc individuum pravam actionem, tamen, ut hanc, vel illam apponat debet voluntatem impellere, ac proinde alteram causam, vel subiuncta etiam prava determinatione voluntatis. Quare à fæditate causæ, & authoris peccati non purgaretur. Sicut nec impius actionem alteri suadens pravam, & demon eum ad illam tentans, etsi neuter eum ad illam in individuo suadente aut tentante irresistibiliter determinet. Quinto ex parte eiusdem prædeterminativæ, & concursus connaturalis. Etenim concursus prædeterminativæ cum operatio Dei physice, & determinate concurrit.

eum actus prauus sit, nequit esse cum hoc, vel illo vage: vagum quippe intentionalis mentalis suppositio inducit, & tenere potest motus intentionalis, qui ea ducitur voluntatis, non autem physica operatio & concursus. Quo circa præfinitio illa, si prædeterminata sit, debet respicere & concernere non viam sed duplicem Dei prædeterminationem distinctam, vel hanc ad vim indiuiduam actionem prauam, vel illam ad aliam actionem prauam, in indiuiduo: quo fiet, ut licet Deus liber maneat ad hanc prædeterminationem suam, & subinde indiuiduam hanc etiam actionem prauam nostram apponendam: nos autem minime, sed quamvis eorum ex prædeterminatione Dei irresistibili apposituri sumus, quandoque eam apponamus, ac proinde neutram à nobis libere apponi posse, ut aduersarij ceniebant. Quod si dicat prædeterminationem ea præfinitio connotatam ferri in actionem prauam in communi, ac proinde vnam solam respectu indiuiduorum sub illa contentorum esse posse: iam impugnetur in simili de indiuiduis actionibus vage sumptis es. Nulla enim operatio, imo nec realis physicus respectus, præfinitus ex parte sui termini esse potest. Id enim solius operationis, & respectus intentionis intellectus, & voluntatis est proprium, apud Philosophos, & Theologos omnes.

5. In tertio vero casu, quo praua actio vage à Deo prædeterminatur præfinita, hæc nimirum, vel illa eiusdem speciei infusa in genere prauæ actionis foret, vigetque eius repugnantiam probari æstimat citatus noster Ruiz §. *Dica secundò n. 6* quia, cum solam indiuiduationem actionis prauæ, in qua præcisè sumpta nihil malitiae est, liberæ electioni, & operationi creatæ voluntatis relinqueret, siquidem, ac prædeterminationi suæ prædicata omnia communia vique ad vitam specifiçam differentiam referretur; quorum singulis sua malitia & omniū coniunctim, tota indiuidua prauæ actionis malitia responderet: quodam malignitatis avaricia voluntati, & operationi suæ totam prauitatem in actionibus indiuiduis à se vage præfinitis, & volitionem, & effectiorem consequenter videretur, & nihil eius, siue volendum, siue efficiendum voluntati permitteret creatæ, & quidem speciem argumenti huius pietatem recognosco: quatenus verò nullius malitiæ, siue volendæ, siue efficiendæ electionem, & potestatem creatæ voluntati relinqui asserit (quod ad incertam avariam sequentrationem malignitatis necessarium erat) efficaciam non recognosco. Etenim ex sola indiuidua actionis prauæ electione voluntati creatæ cuiusmodi præfinitio permittit totum indiuiduum, secundum omnia prædicata actionis prauæ generica, & specifica apponere voluntati creatæ permittitur, eo quidem modo, quo in rebus apponi illa possunt. Si quidem prædicata communia secundum se, & præcisè sumpta, nec factibilia, nec apponibilia in rebus sunt; sed solum in aliquo suo indiuiduo à quo re ipsa non differunt, nec possunt realiter differre, & extra quod, & seorsim fieri nequeunt, cum physica effectio vili præciliua ex parte termini sui prorsus repugnet: idcirco ex necessitate antecedenti ad aliquod virtutis indiuiduum (quemadmodum ex omni moda antecedente impeccabilitate humanitatis Christi ad aliquam præceptæ mortis acceptationem in eius humanitate controu. de Incarnat. admissimus) in cuiusvis indiuidui, præ alio, prorsus adhuc æquali, & virtutis illius honestatem exerceri, eiusque laudabilitatem, & meritum obtineri cum nostro Valquez, & aliis docuimus, illud autem specialioris absurdum in prædeterminata præfinitio indiuidui vagi speciei infusæ actionis prauæ intercederet: quod ad omnes titulos præciliui, aut speciei intermedia, non curata speciei infusæ, vage indiuidua actio præfinitur volitio & prædeterminatio Dei se extenderet: verum siquidem est totius actionis indiuidua prauitatem, & oppositionem cum ratione, & lege ex prædicatis suis specifiçis, & genericis formaliter provenire; quin indiuiduatio (ceteris quoad intentionem, & modum paribus) aliquam prauitatis rationem de suo formaliter asserat, ac prauæ actionis supponat.

6. Iam aduersariorum vniuersum eius prædeterminatiua præfinitio actionis prauæ vage possibilitatem contentum infirma fundamenta sunt. Primum, quia ex ea

Christoph. de Ortega, de Deo Vno, Tom. I.

præfinitio illa manet creatæ voluntatis libertas: ergo ipsi, ac nusquam Deo, actio praua ab eo posita imputaretur. Antecedens falsum esse ostendimus probatione prima, & secundæ conclusionis, eoque permilla malum esse consequentiam constat ex probatione conclusionis secundæ num. 4. & aduersarij ipsi malum esse supponunt, dum permilla libertatis creatæ illatione per prædeterminatiua materialis peccati in indiuiduo præfinitio Deum nihilominus, & eius causam fore, & subinde peccati auctorem nobiscum contendunt. Secundum, quia Deus plures homines vim talibus circumstantiis de facto creauit, ut longo tempore infallibile sit in peccatum lapsuros, nec dubium est, quin in eis circumstantiis hominem in puris naturalibus condere potuerit: quin & eas circumstantias apponere, ut de facto infallibiliter laberetur statim, uti Holoferni cõtulit victorias, & potentia, & Iudith splendorem, & suauiloquiis, quibus in superbum, & libidinolum erga illam affectum illico infallibiliter laberetur; ergo & poterit Deus prædeterminatiua actionem vage prauam, non solum ad tempus longum, sed & pro aliqua determinata duratione absque vili sui indecentia præstare. Respondetur tamen infallibilitatem lapsus vel longo, vel etiam aliquo determinato tempore, ex vi naturæ, determinationeque, & destinatione circumstantiarum, in quibus rationalem creaturam condidit, qualivē ipse produxit, producere Deus potest, absolute; ac necessitate physica antecedente lapsus ita, ut non esse lapsus nequeat esse non posse; sed potius per se, & Dei intentione, ad bonas operationes destinari, etsi per accidens ex infirmitate, & malitiæ naturæ, ut per accidens tentatione infallibilitate morali effectum lapsus habitus sunt: quia ita impellunt, ut nemo, vel fere nemo, lapsurus non sit præ resistendi difficultate; etsi resistere absolute omnes, & singuli absolute possint. Inde constat Deum neque voluntate eas producendi, ne earum aut hominis in eius productione velle, causare peccatum. At verò si actionem prauam adhuc vage prædeterminatiua præfinitur, in eam directe, & per se Dei tenderet volitio, ut patet, & prædeterminatio, quam ea præfinitio concernit, non potest non in actionem prauam directe tendere, ac natura sua, & per se destinari: quare, neque à causalitate peccati Deus excusari. Ac demum ea prædeterminatiua præfinitio actionis prauæ vage, libertatem de facto in neutris appositione creatæ voluntati relinqui, dicebamus n. 4.

CERTAMEN III.

Difficultas tertia expeditur.

1. Circa secundam difficultatem de præfinitio actionis prauæ vage ob decretum Dei subtrahendi generalem suum concursum ad omnem actionem omni ex parte, & absolute honestam, solumque concurrenti ad actionem, quam velit voluntas prauam possibilem esse præfinitioem eam; imò respectu demonum, & reliquorum damnatorum de facto dari, atque ideo neminem illorum bene simpliciter & absolute operari posse docet expresse Marfil. in 2. quæst. 5. art. 3. maxime notab. 5. & ad rationes contra quæsitum, cui doctrinæ consonat quæst. 16. art. 5. Refertur pro eadem sententia, quasi affine quid docuerit, Agid. in 2. d. 7. quæst. 1. art. 2. maxime col. 6. §. *ex eo ergo*: & sine corporis aut solutionem, & solut. ad 1. dicens imperus ad bene operandum requisitos demonibus denegari. Verum, cum hic concursus Dei præuium impellentem ad bene operandum non admittat, sed comitantem solum, & comitantem identicè creatæ voluntatis operationem, quæ ad se ipsam imperus esse nequit; imperus, quem demonibus ad bene operandum denegat nomine concursus Dei non potest intelligere: quare potius æstimo ea voce intellexisse Agidium subitum, & inde liberatum delectationis motum voluntatis in bonum, quod ad sanctæ cogitationis, & vocationis, seu auxilij ex parte actus primi congruitatem

CERTAMEN I.

De actione praua à solo Deo actiue producta sententia.

6. Et hæc probant de facto ex defectu generalis concursus Dei præfinito circa bonum nullam creatam voluntatem adhuc damnatorum ad actionem prauam vagè physice necessitari: quia Dei concursus ad bonum cunctis creatis etiam damnatorum voluntatibus creatis adeo offertur; sed quæ secundam nostram conclusionem de possibili probantur; primam quæ de facto fuit firmiorem reddant. Sic igitur secunda conclusio: Decreto subtrahendi generalem concursum ad bonum eiusque denegatione, nequit creata voluntas ad actionem prauam, seu materiale peccati vagè necessitari determinatiue physice; ita Ruiz noster proxime num. 3. quia repugnat Deum subtrahere creatæ voluntati concursum ad actionem omnem bonam; confutauit rationem hanc num. 3. ac censet Deum id posse absque indecentia vili sua, & exequi, & de cetero; quare aliunde nobis probanda conclusio est. Quia ut ibi attigimus denegatio concursus generalis ad omnem proflus actionem simpliciter bonam, & honestam non infert Metaphysicè, nec physice necessitate actionem prauam, seu materiale peccati vagè; ergo nec physice ad illud vagè prædeterminat; ergo nec se ipso prædeterminare ad illud physice potest. Vtraque consequentia est certa. Antecedens probatur: quia oportet concursum generalem oblatum, & reliqua necessaria compingentia voluntati illi præfinita, ut materiale peccati libere eliciat, indifferencia de se sunt, ut cum vitatione omnis actionis, cum indiuiduam, tum vagè, physice componibilia absolute sunt: alioqui penes illa, ac non per defectum concursus generalis ad bonum ea necessitate materialis peccati, siue indiuidui, siue vagè stabit: Adijunge nunc huic Omnimodæ indifferencie, & indeterminati voluntatis illius decretum non concurrenti ad actionem bonam: certe hoc solum addit voluntati illi impossibilitatem bene operandi, seu necessitatem non operandi bene; nihilque illi de operatione praua, cuiusque libertate, & indifferencia voluntatis ad eam scilicet eliciendam potestate immutatur, sed ne recitas ad impossibilitatem voluntatis cessandi ab omni actu, atque actus indifferencie repugnantiam; ex quibus facta impossibilitate bene operandi per decretum fabricationis concursus ad bonum, prauè operandi, siue hæc, siue illa actione praua inferri videtur: Contra est: quia, ut certam. 2. dicebam, necessitas physica actiua ad vagum indiuiduum esse nequit. Secundo, quia, cum actiua potestas indifferens ad omnia, & singula indiuidua est, vix in hoc casu ad actus prauos est, nequit re ipsa esse physica ad aliquid, hunc vel illum necessitas; sed solum moralis: quia tot, tantique occasionibus, & tentationibus innueneris, & vniuersi fragilitatem creatæ voluntatis nunquam cedere prudenti acclamatione non difficilè modo censetur, eaque ea casuali, quatenus actus indifferentes voluntati creatæ repugnare assentit, falsum supponit.

QVÆSTIO VI.

De præfinitione materialis peccati materialiter sumpti seu creaturæ non imputabilis.

Ac etiam de re ex instituto egit Ruiz noster d. 47. Eam verò diuidit in difficultates duas iuxta duplicem modum, quo imputabile creatæ voluntati re actum prauum, seu materiale peccati in indiuiduo se solo illud producturus, quin creatæ voluntas ad ipsum actum concurrat? Secunda: an etiam voluntate ad illud concurrente actiue, inculpabiliter tamen, quia absque notitia legis, & ex omnino inculpabili, & inuincibili ignorantia illius, aut absque libertate vili, ut in actibus primo primis, & in deliberatis sanæ etiam mentis hominibus contingit, atque in aliis pluribus actibus phrenetico, dormienti & ebrio vsuuenti.

1. Regor. in 1. d. quæst. 2. art. 2. col. ult. ad 2. quodam argumentum d. 42. quæst. 1. col. penult. ad 1. contra 2. conclus. in 2. d. 37. q. vnic. col. antepen. ad 1. & d. 7. q. 1. à med. Mai. in 1. d. 17. q. 10. d. 47. q. 1. in 2. d. 7. q. 1. post med. à 5. Contra istud, (Est dubietas, an produci, in voluntate actus ita à Deo possit,) & d. 37. q. 3. ad 2. Al. m. tract. 1. moral. cap. 16. clarius in dictatis super sentent. Ruperti, Holcot. q. 2. fine. Holcot ipse in 2. d. 4. à fol. penult. maxime sub R. R. Okam in 2. q. 19. Gabriel. in 1. d. 42. fine. in 2. d. 7. q. 2. art. 2. à med. & d. 37. q. vn. a. 3. dub. 3. Aliaco in 1. q. 13. art. 2. fine. Mayron in 2. d. 43. q. 4. Capreol. in 2. d. 37. q. 1. art. 3. sub init. Conrad. 1. 2. q. 79. art. 2. ad 3. Caier. art. 1. Deza in 2. d. 37. q. vn. art. 4. ad 1. contra 2. conclus. Valent. 1. 2. q. 9. d. 6. punct. 1. vers. fin. Supponereque, vel consequenter admittere videtur Angelus 1. Moral. cap. 4. docum. 4. qui omnes intrinsecè, ac de se independentè à circumstantiis, alioque extrinsecò ipsa praua atque inhonesta (exemplum in actu blasphemie atque odij Dei apponentes) asserunt produci à Deo solo effectiue posse, tam extra subiectum, quam in subiecto quouis, etiam creatæ voluntate, solum receptiue ac non actiue concurrente (excepto Maiore, qui, ut vidimus aliquando de hoc postremo dubitauit) eiusque actus ita à Deo actiue productus, & voluntati vnito creatæ hanc physice odio habiturum esse Deum: atque, atque subiectum vndeque actiue inducta & vnita ipsi albedine album formaliter foret.

2. Porro pro hac etiam sententia exituros reor Doctores omnes, qui censent Deum se solo posse infundere voluntati creatæ habitum vitiosum de se etiam physice inclinans ad errorem intellectus, & ad physicam actus prauum, ut asserunt Holcot citatus: Valquez 1. 2. d. 9. cap. 4. num. 11. Herrera in 2. Scoti tom. 2. d. 38. q. 1. à colum. 5. atque apud eos alij, & Valquez præferrim, qui etiam actus erroris plures, quibus damnati cruciuntur à Deo speciali providentia infundi docet; tamen quoad actum à solo Deo potentia vitali non concurrente iudicent impossibiles: quod ad difficultatem præsentem materialiter se prorsus habet. Hi inquam omnes si in præsentis difficultatis examen incidissent consensuros cum ob fundamentum, quo postremum hoc docent, sit, nihil malitiæ imputandum Deo esse ex infusione huiusmodi actuum, & habituum quod æquè in præsentem sententia: imò certius, aut clarius saltem inuenitur: Siquidem in præsentem assertionem, nequit aliquid malitiæ voluntati creatæ eiusmodi actu à Deo solo effectiue inducto, quare neque Deo mali actus, adhuc materialiter, tanquam authori adscribi; cum sic productus materiale peccati, formaliter tale, non sit, neque esse possit: etenim ex eo quod ex infusione habitus malum inclinans libertas voluntati relinquatur, secus autem per infusionem actus prauum voluntati creatæ nullatenus actiue concurrenti, potius inferretur: infusione habitus Deum materialis peccati, quod ex libero voluntatis vsu potest accidere, causam esse posse, ac de facto esse, eius, quod acciderit: cum inducens, vel physico impulsu, vel morali suasionis in materiale peccati, ut tentator diabolus, & maleficus homo, causa, & materialis, & formalis peccati sit, solumque saluari Deus vitiosum habitum infundens ab eorum causatione possit ob finis ea habitus prauum infusione intenti bonitatem: nempe maioris victoriæ in resistentiæ eiusmodi inclinatione maiori obtinenda: quo, & Deum eiusmodi habitus infusione tentatorem non esse diximus supra; sed amplioris virtutis excitatorem: eoque sensu Abrahamum tentasse: atque insuper cessant, quæcumque contra possibilitatem infusione habitus prauum fusè persequitur Ruiz sect. 3. à num. 4.

3. Ruiz ipse sect. 1. præsentis difficultati negatiue respondet, Diuiditatem actiones intrinsecè malas malis fo-